

VII. *Omni virtuti: sed præcipue sanctimonie Christianæ repugnat.*

Virtuti, Nam omnis virtus etiam politica aut Ethnica vei Ethnica, per arduos labores atque pericula ad laudem & famam tendit atque enititur. At hæc doctrina & opinio animos hominum enervat, & rerum difficilium ac periculorum tolerantiam turpi trepidatione fugere docet. Sanctimonie Christianæ, sine qua nemo Deum videbit, tanto magis repugnat, quanto illa est difficilior & perfectior, & quo majori certamine, in assidua vigilantia, patientia, & in periculis constantia opus habet. Præcipue verò prava ista opinio impedit homines ne sanctificent Deum in cordibus suis, 1. Pet. 3. v. 15. sed timoris hominum, qui corpori tantum nocere possunt, majorem rationem habeant quàm timoris iræ Dei qui animam simul & corpus perdere potest. Matth. 10. v. 28.

VIII. *Repugnat omni fidei, & spei cælestis præmii.*

Nam efficit ut homines potius intenti sint terrenis ac præsentibus vitæ bonis, atque omni a perlecutione eimmunitati, quàm cælestis præmii exspectationi. Ita omnis in promissis Dei collocanda fiducia tollitur, & omnis cura nostra in eo consumitur, ut in hac vita ab omni perlecutione tuti atque indemnes simus

D 6

etiam